

## **Version latine n°6 sur table : plaidoyer pour l'allaitement**

*Le philosophe Favorinos rend visite à un de ses disciples, homme de la haute société, qui vient d'avoir un fils. Apprenant que la famille souhaite confier le bébé à une nourrice, Favorinos se lance dans une diatribe en faveur de l'allaitement maternel.*

« Quae, malum, igitur ratio est nobilitatem istam nati modo hominis corpusque et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum insituo degenerique alimento lactis alieni corrumpere ? praesertim si ista quam ad praebendum lactem adhibebitis, aut serua aut seruulis est et, ut plerumque solet, externae et barbarae nationis est, si inproba, si informis, si in pudica, si temulenta est ; nam plerumque sine discriminé quaecumque id temporis lactans est adhiberi solet. Patiemurne igitur infantem hunc nostrum perniciose contagio infici et spiritum ducere in animum atque in corpus suum ex corpore et animo deterrimo ? [...] »

Et praeter haec autem, quis illud etiam neglegere aspernarique possit, quod, quae partus suos deserunt ab elegantque a sese et aliis nutriendos dedunt, uinculum illud coagulumque animi atque amoris quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt aut certe quidem diluunt deteruntque ? Nam ubi infantis aliorum dati facta ex oculis amolitio est, uigor ille maternae flagrantiae sensim atque paulatim restinguitur omnisque in patientissimae sollicitudinis strepitus consilescit neque multo minor amendati ad nutricem aliam filii quam morte amissi obliuio est. Ipsius quoque infantis affectio animi, amoris, consuetudinis in ea sola, unde alitur, occupatur et proinde ut in expositis usu uenit, matris quae genuit, neque sensum ullum neque desiderium capit. Ac propterea obliteratis et abolitis natuuae pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem uidentur, magnam fere partem non naturalis ille amor est, sed ciuilis et opinabilis. »

Aulu-Gelle